

ebrii putabantur. Erant quidem ebrii; sed amore, sed spiritu, sed fervore. S. Laurentius Justin. de compunct.

S. II.

Fervoris Motiva.

Primum.

Prior tepor, priora peccata.

Quasi statim terga vorantes percussit sunt à visis vobis. Jos. 7. 4.5. Dux, & principes, jacent proni in terra scissis vestibus. Quid tunc Deus? surge, cur facies pronus in terra? v. 10. Majoribus deinde viribus hostem aggredi jubet c. 8. 1. n. tinnas, neque formides; tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum. Vicit antea hostis; quid ergo? jacebit Josue, & animo contristatus confictum detrectabit? minime; imò majores copias contrahit, & in victorem animosus irruit, vincitque divino protectus auxilio. Naxera hic: Qui plagam à dæmone accepit, animum non depondeat, sed acior ad vincendum surgat. S. 26.

Elas proficit se, & obdormivit in umbra juniperi. 3. Reg. 19. 5. Glo-fa moralis: tepor aliquando in Scriptura vocatur tepor. Ab Angelo excitatus greffu indefesso currit, ut 40. diebus, & 40. noctibus in somnis, ac jejuniis, ac Dei montep-celeri pede contenderit. O quam proluxis vigiliis componat somnum! quam restituit celeritati tempus, quod fuga abstulerat! Seneca l. 3. nat. quest. faciamus, quod in itinere fieri solet: qui tardius exierunt, velocitate penant moram. Naxera in Jos. 16. S. 13.

Lavabo per singulas noctes lectum meum. Psal. 6. 7. Per oculos contra jaculatus est, & lacrymis diabolus convulneravit. Pugnare ut lacrymis ab offensione se vindicet: lamentando victoriam acquirit, & gemibus gratiam trahit, luctum luctu medicatur. Vidisti virum optimum lauciatum, nec accepta plaga, quidquam de strenuitate remittentem? vidisti de repente succumbentem, & subito mergentem? S. Bassilius Seleuc. or. 17.

Tunc surrexit Job, & scidit vestimenta sua. x. 20. Doloris animus, vires, quas quasi amittere cœperat, poenitendo conservat. Tunc surrexit Job. Sedere enim quiescentis est; assurgere decantant. Auditis ergo adversis lurgere, est, expertis tentationibus mentem ad certamina robustius parare. Sanctus Gregorius Moral. l. 2. cap. 37.

Sicut fuit sensus vestis, ut erroris à Deo; decies tantum iterum convergentes, respicitur enim. Baruch. 4. 28. q. d. decuplam in obsequio Dei adhibere diligentiam, quam posuistis in offensione. De Ponte de perfect. Chr. hom. c. 19.

Tenebræ factæ sunt. Marci 15. 33. Ergo Sol, qui præter horam, ut Domino compatere, abscerit; cum resurgeret Dominus claritate ante tempus occurrit. Et qui, ut suo commoretur Auditori, ipsam meridianam suam mortificaverat claritatem, evictis tenebris, ut consurgeret auditorio, anelucanus erubuit. S. Chrysol. l. 1. de Resurrect.

Concluserunt piscium multitudinem. Luc. 5. 6. Nocturni laboris jacturam piscatio reparat nomine JESU facta. Quid enim non reparat tanti Præceptoris disciplina? Bæza t. 2. l. 11. c. 4. S. 8.

Elegit duodecim ex istis quos, & Apostolos nominavit. Luc. 6. 13. Cur duodecim? S. Ambros. ad 2. Luc. à duodecimo anno sumitur Dominicæ dispensationis exordium. Hic Prædicandæ fidei Evangelizantium numerus debebatur. q. d. duodecim Apostolos elegit, quia usque ad duodecimum annum non inceperat divinæ Sapientie luce illustrare. Naxera in Jos. 2. S. 40. Virtuti restituit industria, si quid temporis suffuratur offensa, aut otiosa negavit infantia. Id. ib.

Fides tuas salvam fecit. Luc. 7. 50. Visa est poenitens inestissima absolvendis verba non percepisse; nam quasi Christus illi bellum indixisset, non pacem dedisset; ab eo tempore in sese in-misericos favit; & arate meliore legendo consumpra in Bethania, & Calvário, in Speluncam Massiliensem se abdedit, ubi per totos triginta annos omni martyrii genere se cruciavit. Veterum delictorum memoria stimulus fit fervoris. S. Gregorius hom. 33. in Evang. consideravit quod fecit; & noluit moderari quid faceret: Oliva t. 2. conc. 2. in festo Im. Conc.

Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse deflevit; atque idem majorem gratiam reperit, quam amisit. S. Maximus hom. 4. de S. Petro.

Anima, que viliiter pugnare cœperit, rursumque debilitata cessavit: antequam virtutis, & studii memoria, quasi stimulo quodam, & flagello, vulneretur: atque ex hoc nonnumquam plurimum pristinum vigorem receperunt; prioresque penas relumpserunt. Joannes Climacus gradu 1. de inanis vite fuga.

Secundum.

Brevis fervor melior longo tempore.

Consumatus in brevi explevit tempora multa. Sap. 4. 13. Quid hic status tota die crisi? Or. Matth. 20. 12. Si tota propè dies tranfacta otio, curtandem mittuntur in vineam, quando

brevissimum laborandi tempus refert? Insuper mitterentur nulla conducti mercede: nihil enim illis, ut reliquis, promittit. An quæ in tantis angustis temporis impossibile erat mercedem aliquam consequi? Imò nulla mercedis nova mentio fit: ut fiant, primam diurni laboris mercedem omnibus esse propositam; tam his, qui multum; quam his, qui parvum tempus laborandi habent: ut quisque in brevi possit refarcire plures annos inutiliter amissos. Origenes hom. 10. poterat aequale opus facere eis, qui ex manè sunt operati, quicunque in tempore brevi volebant operantem virtutem ad opus extendere, quæ antea non fuerat operata. Bæza t. 2. l. 11. c. 4. S. 8. Parabola hæc ostendit; mercedem vite æternæ non tempori, quo quis laboravit, respondere, sed labori, & operi, quod fecit: potest enim quis fervore suo consummatus in brevi expleve tempora multa. Baradius hic tom. 3. lib. 5. cap. 16.

Et novissimi una hora fecerunt. Ib. Proemia non antiquitatis, sed actionum, & meritum, jura debent aspicere. S. Anselmus: parvas illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & assus. q. d. qui diu sub onere legis fuimus. Fuistis diu sub legis onere; sed non ad eam exacte legem implevistis, ac illi, qui una hora fecerunt; id est; qui consummati in brevi expleverunt tempora multa. Efcobart. 6. Parab. Chr. sect. 5. obf. 3.

Amice, non facis tibi injuriam. Ib. q. d. nulli injuriam facio; sed pro cuiusque meritis mercedem rependo: quia hi fenesse una hora tantum toleraverunt, quantum vos toto vite spatio. Ex quo patet, senectutem apostissimam esse humane vite portionem ad studium pietatis; ad eam, ut in senectute facillè refarcire possis, quod reliquis vite partibus neglectum est. Pinna in Eccl. Ethol. 82.

Erant novissimi primi. Ib. qui in DEI servitio non tam attenditur quantitas temporis, quam fervoris, & diligentie. Non ergo superbiant, qui in juventute vocati sunt, & longo tempore fervierunt; nec disdant, qui in senectute redeunt ad Deum: nam si diligentes fuerint, poterunt & alios superare. S. Thomas Villan. D. Septuagel.

Iuste pater plus fecit filio prodigo. Luc. 15. 22. quia post lapsum tanto fervore surrexit, ut brevissimo spatio plus fit meritis, quam filius seniorum annorum obsequio tepido. Stella p. 3. c. 68.

Sollicitudine non pigri spiritu ferventes, Domino servientes. Rom. 12. 11. Parvum tempus fuit, quo latro in cruce Christo servivit; tamen propter fervidam diligentiam, qua Deo mirè placuit, amplissimam retributionem accepit. Idem in Lucam in Præfat.

Noli fidem penare temporibus. Nè me idcirco meliorem pates, quod prior in Christi exercitu cœperim militare, Paulus Apostolus, & vas electionis, de persecutore mutatus, novissimus in ordine, primus in meritis est: qui, extremus licet, plus omnibus laboravit. 1. Cor. 15. 10. Subditus calor longum vincit teporem. S. Hieronymus ep. 13. ad Paulinum de institut. Monachi.

Tertium.

Brevitas vite sanctæ fervorem.

Viam mandatorum tuorum curram. Ps. 118. 32. Bene ait Propheta, curram: non est pigritandum, cum dies fit parva, & diæta magna; nec sit infra paradysum mansio secura. Gerson in festo Purif. Lect. 2.

Et novissimi una hora fecerunt. Or. Matth. 10. 12. S. Chrysol. ait primos operarios fuisse ex pri morum Sæculorum iustis; quorum erat vita diuturnior: postremis autem designatos Sanctos, & fervos Legis gratiæ, quorum vita brevior. Primos operarios, ait Chrysolomus, quodammodo negligentes faciebat circa iustitiam, & refrigerere faciebat animas eorum expectatio Sæculi longioris; & illis infrigidatio erat, cognoscere Mundi spatia esse longinqua. Hæc ille in Imperf. Postremi seipos incitarunt vite brevitate. Vide, quam tepescat corda fragilitatis propriæ neglecta memoria; quam vero fervorem accendat vite brevis recordatio. Didacus Nyss. l. 5. d. 4. Quadr. S. 3.

Ambulate, dum lucem habetis. Jo. 12. 35. Quam est vite nostre cursus perennis, tam nunquam debemus in virtutis studio subsistere quieti. Jubet Christus ambulare constanter, dum lucem habemus. Nec enim decet, ut minus aliquid habeant vita Spiritus, & animæ; quam vita corporis, aut carnis. Et cum hæc jugi cursu pergat, donec meta sue terminum attingat, non debet illa in gradu suo hære. Didacus Nyss. l. 6. d. 5. Quadr.

Quartum.

Exempla.

Ipsa verò portabat in manibus ignem, & gladium. Gen. 22. 6. Cur Abraham igne, & gladio, utranque occupat manum? cur non in una utranque? Sacerdotis fugebatur officio. S. Zeno Veron. ferm. de Abrah. nec deest ad ministerium gladius, ut pater esset pater, & Sacerdos; vult omnem operationem, & conatum, divino obsequio esse dicatum. De Castillo Illat. 278.

Eme

Emerunt aromata, Marci 16. 1. Nonne hæc foemina sciebat, Christum à Joseph, & Nicodemo, esse unctum magna unguentis copia? cur ergo jam sic unctum unguere voluit? Amor id faciebat; cui nihil nimium est, quod honori Domini impenditur. Baradius t. 4. l. 8. c. 1.

Valde manè una Sabbatorum. Marci 16. 2. Fervor animi illarum mulierum demonstratur in hoc, quod valde manè ad sepulchrum Domini venerunt, ut ungerent Corpus ejus. Nisi enim valde dilexissent, nequaquam tam manè ad monumentum venissent. Hayno hom. in Dom. Pasche.

Ipsè verò multò magis clamabat. Luc. 18. 39. Fervor quidam intrinsecus instimulabat eum: idcirco JESUS iussit illum adduci ad se: quod profectò dignus esset, qui appropinquaret ei. Cum interrogasset, & compersisset, eum recipendi vius valde cupidum; dat, quod petit. Theophylactus hic.

Quintum.

Ecce, quod potes.

Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare. Eccl. 9. 10. Hebr. in virtute tua; id est, totis viribus, & toto conatu, operare. Ita S. Cassius Narniensis Ep. t. 5. Gregorio 4. dialog. c. 16. Paulo ante mortem à DEO auditus: age, quod agis; operare, quod operaris: non cesset manus tua, non cesset pes tuus. Natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Cornelius hic.

Curramus in odorem unguentorum. Cant. 1. 3. Exiguum videtur, quod Sponsa petit. Cur solo odore contenta non ipsa petit unguenta? vult dicere: quia tepium non datur amplecti, interea odore nominis tui mecum ex desiderio pemotabit. S. Ambros. in Ps. 118. Odor. 7. v. 1. Si mons esse non potes, nec praveles; esto vel collis. Seneca l. de tranq. c. 2. miles, præcis quoque manibus, in prælio invenit; quod partibus confert; & clamore juvat. Didacus Nyss. Vita Abrah. l. 5. c. 1.

Panam in deserto abstraxit, ulmus. Or. l. 41. 19. Ulmus vitem cum fructu suo sustentare solet. S. Gregorius hom. 19. in Evang. Loquitur ex more Palestinæ, & Italiæ; ubi ulmus vites nutrit, maritæque complexus per ramos eam procurat; ut cunctis brachiis geniculato cursu scandentes eacumina sensim percutat. Ulmus, cum botros non producat, facit, quod potest; ideo Deo gratia. Id. ib.

S. III.

Varia alia motiva.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Si dicatis vris, qui sunt in Jabes Galaad. cras erit vobis salus; cum incaluerit Sol. 1. Reg. 11. 9. Cum mens per desidiam tepescat, & jam in se reverfa, ad Conditoris sui desiderium recalcet; cum torpore negligentiæ deserit, & frigus insensibilitate pristinæ sancti amoris accendit; tunc velut incalcescente sole victoria de hostibus sumitur, & obfessa civitas de superbi regis manibus liberatur. Petrus Damiani lib. 6. ep. 5.

Vinea fervens delorunt odorem suum. Cant. 2. 13. Ajunt, florentibus vineis omne reptile venenatum cedere loco; nec ulatenus novorum ferre odorem florum. Quod volo attendant Novitii nostri; & fiducialiter agant; cogitent, qualem Spiritum accepterant. cuius primitias demones non sustinent. Si sic Novitii fervor, quid erit absoluta perfectio? S. Bernardus ferm. 60. in Cant.

Benedicite ignis, & assus Domini! benedicite gelu, & frigus Domini! Dan. 3. 66. 67. 69. Aestas, & hyems in chorum evocantur, ut DEO psallant; ver floribus renidens non inducitur; quin & aurora à cœtu psallentium excluditur. Nimirum, quæ in consensio virtutis, vitæque, sunt, ea cœlo non probantur. Mavult abdegnare frigus, quam teporem; mavult ætatem, quam remissorem anni partem autumnum. Tenebras audies continentes cum pueris in fornace, non admisso crucupulo in odium; benedicite lux, & tenebræ Domino v. 72. Oliva l. 6. Strom hic.

Dicit Daniel 7. 10. nullam milliam ministrabant ei, & decies millies canena millia assidebant ei. Ecce dum innumerabilium Angelorum alii DEO ministrare, alii dicuntur assistere; nullus eorum reperitur hic in subfello residere. Et Zacharias Sacerdos Luc. 1. 11. cum incensum poneret, non sedentem, sed stantem iuxta altare Angelum vidit. Apoc. 7. 9. visis turbam magnam. stantes ante thronum. Et paulo post v. 11. omnes Angeli stabant. Itaque 6. visis Dominum sedentem v. 1. Seraphim stabant. De sedente Heli dicit Scriptura 1. Reg. 4. 18. cœdit de sella retrosum. Sedebat & Balharreth Dan. 5. 2. At contra Elias dicit 3. Reg. 17. 1. vicit Dominus DEUS Israel, in cuspis conspessus ho. 8. inquit, non sededo, non oscito: cui etiam à Domino dicitur: 3. Reg. 19. 11. egredere, & sta in morte coram Domino; non sit sededo, sed sta. Num. 3. 6. ait Dominus Moyfi: applica tribulum Levi; sed hæc stare, ut ministrant, excubent, & observent. B. Petrus Damiani l. 3. ep. 8.

Et opera tua vestigia plura prioribus. Apoc. 2. 19. Joachimus Abb. tantò majoris præconi, & laudis est, quando perpauci R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

sunt, qui non tepescant à fervore novitio, & remissa conversatione ab his, in quibus ardere videbantur, frigeant. Apud Sylveira hic.

Sunt Spiritus fervori cuncta facilia. S. Gregorius Naz. poemate de vita sua.

Clavis ignita referat feram unquamque; sic menti igne, fervori, magnanimitati, cedunt omnia ardua. Berengarius in similitudinibus.

Vide rit. Perfectio. Profectus. Servite Deo.

TITULUS IV.

FESTA.

S. I.

Confecta Divino cultu, rebus Spiritualibus.

Ex Veteri.

Factum est vesperæ. Gen. 1. 5. Fuit hæc prima dies Dominica: nam septima ab eis fuit Sabbatum. Doceris Christiane, quid operari te Dominica oporteat; lucem verbi Dei, considerationis &c. Cornelius hic.

Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum. Gen. 2. 3. Quid est, & sanctificavit illum? ab aliis illum segregavit statimque adiecit causam istius sanctificationis: eò quod in illo requieverit ab omnibus operibus suis. Jam hic ab initio doctrinam hanc nobis insinuat Deus; erudiens, in circulo hebdomadis diem unum integrum segregandum, & reponendum in spiritalium operationem. S. Chrysol. hom. 10. Servi, & ancille accentur ab otio, quo morbo laborasse legitur ancilla Sara; quæ vel ipso nomine suo ignaviam, & otium, præferbat. Agar enim, ut quibusdam placet, vertitur somnians festa. Ferrandus hic.

Frequentissime olim DEUS in Scriptura Sabbati observationem imperavit. Ex. 20. 9. 10. Levit. 23. 3. Deut. 5. 13. 14. & passim. Imò violatoribus capitale supplicium statuit Ex. 31. 14. Num. 15. 35. Cur in hac lege tam severus? Quia adeo propensi erant ad divitias congregandas, ut in hoc labore totam vitam collocarent. Unde, nisi inde violenter averterentur, semper terrenis studiis incumbentes, nunquam divinis obsequiis vacarent. Quare severissimis legibus opus fuit; quæ illa temporalium rerum negotio ad cœlestium otium transferrent. Mendoza in 1. Reg. 3.

Ter in anno apparebit omne maculatum tuum. coram Domino. Ex. 23. 17. id est, coram Arca, vel tabernaculo Domini. Nota: cum viri omnes civitates suas desererent, nullus tamen eis metus fuit ab hostibus, nè forte dispererent civitates sic desertas, & inermes: quia promissum iis erat Ex. 34. 24. cum tuleris gentes à facie tua, & illas avovero terminos tuos, nullus invasabitur terra tua, ascendente te, & appropinquante in conspectu Domini DEI tui ter in anno. Marcianus D. 1. Epiph.

Mutabantur Pane Propositionis per singula Sabbata. Ex. 25. 30. Apollitque calidis frigidis tollebantur: quia veteres oblationes quasi frigidas; & calorem spiritui non habentes, repudiandos tempore gratiæ ipsa panum mutatio intinabat. A Arnoldus Carnot. tr. de 6. & 7. verbo. Panes propositionis super mensam mundissimam coram Domino statuerunt, cum Sanctorum solemnitates ad DEI honorem à Fidelibus in Ecclesia celebrantur. Petrus Cellenf. cap. 11.

Sabbata mea custodite. Levit. 19. 30. Interlinearis dicit: servantes ab omni malo. Contra hoc mandatum aperte faciunt, qui maxime in diebus festis operibus diaboli, id est, commensationibus, & potationibus, & choreis, & hujusmodi vacant; potius festa Baal, quam Domini, celebrantes. Deus Baal tot, & tanta comedit. Daniel 14. Hugo Card. hic.

Die autem Sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos. Num. 28. 9. alii autem diebus, exceptis solemnioribus, & Calendis, non nisi unum: quo docerunt, devotionem in festis duplicandam. Bessius D. 16. Pent. Sabbatum otium præcipiebat, sed non omne otium; quandoquidem Spiritus opus multiplicabat: precibus enim, & hymnis, dare operam jubebat, & Deo geminas hostias adolere. B. Theodoret. in Ps. 91.

Cogitatio hominis constituitur sibi, & reliqua cogitationis diem festum agent sibi. Pl. 75. 11. Docet nos, quomodo festivitates celebrare debeamus. Primò sanctis considerationibus, postea vero reliquiis earum sanctarum cogitationum, ac considerationum. Nam postquam DEI infinitam Bonitatem, Sapientiam, &c. anima consideraverit, sicque in ejus amorem rapta fuerit; statim in ea efficacia desideria adimplendi ejus divina præcepta generatur, quorum executione festivitates magnopere celebrantur. Dietz l. 6. d. 1. Quadr.

Ex Novo.

Unge caput tuum. Matth. 6. 17. S. Hieronymus: iuxta ritum Provincie Palestinæ loquitur Dominus, ubi diebus festis solent ungeri capita. Imò non solum Palestinæ, sed omnes orientales, in lætitiis, & rebus prosperis, inungebantur. Ruth. 3. 3. 1. Reg. 12. X 3



20. Judith. 10. 3. Escher 2. 12. Efcobar 3. Colloq. Chr. volum. 4. fect. 1.

Invenitur illum in templo. Luc. 2. 46. Amist B. Virgo Christum, cum ad festum Paschale celebrandum Jerofolyman venit. In festo amittitur Christus; in festo crucifigitur. Festa nobis Christum sepe eripiunt. Quo tempore amisti David Deum? festo tempore; cum adversis rebus minime premeceur. Luna, cum plena est, deficit, & lumen amittit. Barradius hic. Dicitur hic, quod Christus amissus fuit in die festo: quia multis in festivis diebus, quando deberent se magis conjungere Deo per contemplationem, & orationem; amittunt Jesum, id est, salutem. Hugo Card. hic.

Invenitur secundum consuetudinem suam die Sabbati in synagoga. Luc. 4. 16. Festivis temporibus idcirco ab exteriori occupatione cessatur, ut homines exercitiis quietis, devoti usque, intendant: & quod ferialibus diebus, per omissionem, vel commisionem, peccaverunt; corrigant; & emendent; ac perditum tempus recuperent. Dionys. Carthus. hic.

Erant ibi homo, & manus ejus dextera erat arida. Luc. 6. 6. In Synagoga scilicet erat, quam die Sabbati JESUS intraverat, ut doceret. Dignus sane erat curatione: qui, licet ager, cum aliis tamen convenerat in Synagoga. Die autem Sabbati manus curatur, quando minime futura erat usus; mandante Lege sacrum eo die ab operibus otium. Docuit nos Christus, dexteram adhibendam in rebus divinis die Sabbati, quo humanis vacandum laboribus. Oliva 1. 13. Strom. hic.

Si licet Sabbato curare? Luc. 14. 3. Novimus nos, in Sabbato nostro licere curare corporis, & animae, morbos, Sec. Marchantius D. 16. Pent.

Fuit spiritus in Dominica die, Apoc. 1. 10. Tali die a servilibus abstinentur, orationibus dediti. Merito ergo talis dies tanta revelationi assignatur. S. August. l. 241. de temp. sciendum est Fratres charissimi, quod ideo a sanctis Patribus nostris constitutum est Christianis, & mandatum; ut in solemnitatibus Sanctorum, & maxime in Dominicis diebus, otium haberent, & a terreno negotio vacarent: ut paratiores, & promptiores, essent, ad divinum cultum; cum non haberent, quod eos inde retardaret, incommodum.

Ex Patribus.

Die Sabbati nihil ex omnibus Mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus secularibus operibus, & nihil mundanum geras, sed spiritualibus operibus vaces; ad Ecclesiam convenias, lectionibus divinis aurem praebeas, de celestibus cogites &c. haec est observatio Sabbati Christiani. Origenes hom. 23. in Num.

Ex ratione imperata sunt Sabbata, ut Deum vobis revocarent in memoriam. S. Justinus M. Colloq. cum Tryphone Judaeo.

Curate, qui his solemnitatibus interestis; ne ab aeterna solemnitate separemini. Quid potest interesse festis hominum, si desit contigat festis Angelorum? umbra venturae solemnitatis est solemnitas praesens. S. Gregorius hom. 26. in Evang.

Festa non multitudo convenientium facere solet; sed virtus non sumptuosus vestitus; sed pietatis ornatu: non mensa dapsillitas, sed cura animae. Maximum enim festum est, conscientia bona. Qui vivit in justitia, & in operibus bonis; vel absque festo festum agit, sinceram voluptatem ex bona conscientia percipiens. Qui vero in peccato, & malitia degit, multorum malorum sibi met confectus; etiam cum maxime festum deit, festo caret quam maxime. S. Chrysof. tom. 6. hom. 5. de Anna, sive, quid sit festum.

Festivitates Apostolorum, seu in honore Martyrum festivitates antiqui Patres in venerationis mysterio celebrari faxerunt: vel ad excitandam imitationem; vel ut meritis eorum confocietur, atque orationibus adjuvemur. S. Isidorus de offic. Eccl. c. 34.

Feriat nostrum nihil est aliud, quam animae thesaurum aliquem earum rerum condere, quae firmatae sunt, ac stabiles, & manibus tenentur. S. Gregorius Naz. or. 44. in Pentec.

In Sanctorum festivitatibus, & gaudere, & confundi, debemus: gaudere, qui Patronos praemisimus; confundi, quia eos imitari non possumus. S. Bernardus Serm. in vigil. SS. Petri, & Pauli.

Si ob reverentiam festi pilos corporis superfluos radimus, quantum magis pilos superfluos vitiorum? S. Bonaventura f. 2. in Vigil. Nat. Dom.

Christiano spirituale Sabbatum agere, est a laboriosa rerum temporalium cupiditate quiescere; solis orationum, ac lectionum, studiis insudare; secularium negotiorum pondus de mentis cervicibus prolicere; ad contemplanda coelestia tota cordis intentione vacare; carnis oblectamenta contemere; de sola spe coelestium spiritualium jucunditate gaudere. Ille porro Sabbatum Domino reverenter celebrat, qui se ab his, quae Mundi sunt, operibus vacat, ut a spiritualibus tamen actibus non quiescat. B. Petrus Dam. ep. 16.

Sciendum, quod omnia festa anni aguntur in memoriam beneficiorum DEI, quae contulit Ecclesiae suae sanctae; ut de his lau-

der Deum, & regratietur: quae beneficia sunt collata majora; tanto majus festum est. S. Vincentius Ferr. l. 2. in Pasce.

Tanta est nequitia demonum, & nocendi cupiditas; quod quidquid a DEO pro charitate generanda, augmentanda, vel conservanda, institutum est; totum conatur avertere in opprobrium divinae dilectionis, & in detrimentum nostrae salutis. Statuerat namque Deus, sacra, solemnitates, & dies festos; ut cessarem a vitis, vacarem ab operibus mundanis, & insisterem divinis: jamque corda nostra pragustando suavitates, & praedua aeternorum, delicata Sabbata celebrarent. Sed insidiant humani generis inimico, quod statutum fuerat ad DEI gloriam, & nostram salutationem; jam utique convertum est ad DEI ignominiam, & nostram damnationem. S. Bernardus t. 2. f. 10.

Sacris temporibus, atque celebribus, quibus dubitet copiosiora solere infundi gratiae divinae fluenta super magnam hospitale, & carcerem purgandorum mortuorum. Tunc enim in die bona 1. Reg. 25. 8. venimus ad Deum; tunc fiducialis ad aliquem Sanctorum dicimus: prospera diem triumphalem tuum. Tunc copiosiores charismatum reliquiae, velut a mensa splendidissima beatorum convivarum decidunt, largiende pauperibus, & mendicis petentibus, quarentibus, & pulsantibus. Gerson de myst. Theol. pract. Confid. 9.

Dare quartam partem horae Verbo DEI, & honori Sanctorum, & salutis vestrae; qui non unam horam, non duas; sed dies integros, sed hebdomadas, fabulis saepe datis. Id. ferm. de OO. SS.

Felix festivitas, quando & mentis jucunditas sentitur, & spiritualibus epulis anima a te invitata largi reficitur. Non enim festum mihi est, si in corde non est. At vero idcirco saepe exterius recolitur; ut gratius, & jucundius intus celebretur. Nam exteriora festa interiorum sunt incitamenta festorum; & aeternorum quaedam praesagia gaudiorum. Thomas Kemp. Conc. 4.

S. II.

Festa consecra operibus misericordiae.

Intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagoga. Luc. 4. 16. Dominus non venerat, ut prodesset uni; sed ut prodesset multitudini: ideo in Sabbato conseruatur intrare in Synagoga; & praedicare; quia tunc omnes ibi conveniebant. Hugo Card. hic.

Erant festus dies, & ascendit Jesus Jerofolyman: erat autem Jerofolyman Probatica piscina. Jo. 5. 1. Ascendit Christus Jerofolyman ad celebrationem festi: & postquam aeterno Patri debitum honorem in templo exhibuit, ivit ad visitandos infirmos; & ad consolandos eos, qui in circuitu piscinae, in porticibus commorabantur. Diez l. 6. D. 1. Quar.

Dum Sanctorum memorias celebratis, reminiscimini quoque imbecillorum, & egenitum viduarum, orphanorum, peregrinorum, pauperum, multitorum, claudorum, atque caecorum. S. Ephrem de fest. dieb.

Non his ad tabernam, & luctationes, aut choreas, vel ad alios ludos vanos: nam de talibus saepe eveniunt infortunia, & peccata mortalia; sed debes miseris, & languidis, visitare; & ita dies festales in DEI servitio finire. S. Edmundus Cam. Ep. Speculo Eccl. c. 11.

Inter praecipua facta, quibus sanctificari dies festos contingit, opera sunt misericordiae: quae Dominus ipse facere docuit, qui potissimum in Sabbato curabat paralyticos: lumen caecis, usum membrorum aridis restituebat; & variis morbis oppressos sanabat: qui etiam testatur, se misericordiam malle, quam facticium. Isidorus Clarius l. 1. or. 31.

S. III.

Contra labores in festis vetitos.

Quid si dixeritis? Cr. Levit. 25. 20. Audiant hoc Christiani, discantque sua lucra non quarere, violando festa per labores, venditiones &c. Si enim Deus promittit hic servantibus quietem toto anno Sabbatico, agnomam in tres annos; multo magis Christianis servantibus quietem paucorum festorum providebit de victu, & lucris. Cornelius hic.

Plus proficiunt bona vestra ex bona observatione festi, quam ex vestris laboribus. S. Vinc. Ferr. ferm. in Ascen. D.

Servando Dominicam magis proficiunt bona tua, campus, vinea, greg, oliveta; quam ex tuo labore totius anni. Id. f. 3. D. 5. Trinit.

Cum quidam festo die aucupatum potius, quam missam audire, voluisset, ac perdes capias coquere: ille statim rediit ex obocato evolant; qui tamen facti poenitens, & ad aram S. Deiendentis Morans visum recepit. Bolland. 2. Jan.

Rusticus arrepta securi violare volebat diem Resurrectionis D. illic manus arefuit, securis adhaerens recluditur, intolerabiles patitur cruciatus, Quem S. Sulpitius Pius Ep. fusa oratione, & lacrymis, per totam noctem, sanat. Bolland. 17. Jan.

Cum quodam tempore in Frisia S. Ancharius Archi-Ep. Ham-

burg concionaretur, diem festum opere servili non profanandum quidam contumaces domum reversi, quia serenus erat aer, collecto sereno cervos fecerunt. Vespere omnes illi cervi divinitus igne consumpti sunt; illis, qui ferialibus diebus congefi. Bolland. 3. Febr.

Quidam die festo colligens herbas, divinitus punitus, herbis manibus ejus adhaerentibus. Bolland. 30. Martii.

TITULUS V. FIDELITAS.

DEI in promissa.

Sed & clavus fecit aures. 2. Paral. 3. 9. Et 3. Reg. 6. 21. Affixit laminas clavus aureis. V. Beda l. de templo c. 12. clavi aurei, quibus erant affixae laminae; ipsa sunt promissa aeternae claritatis; per quae in exercitio, studioque virtutis, ne deficiamus, donante Christi gratia continemur.

Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit. Job 33. 14. Quomodo verum est, quod Semel loquatur DEUS; cum saepius verba fecerit, tum per seipsum, tum per Prophetas? S. Hieronymus hic: quod ait semel, non ad numerum referendum est, sed ad sententiae firmitatem. Quia Deus promissa ita semper exequitur, ut iterum promittere non sit opus. Pinna in Eccl. Ethol. 261.

Audi filia, & vide. Pf. 44. 11. Audi praedicta; vide completa. S. August. l. 31. de Verb. Dom. q. d. tanta est certitudo promissorum Dei; ut dictum, & factum, simul videatur. Pinna in 4. Eccl. Ethol. 59.

Transierat de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Pfalm. 104. 13. Loquitur hic de Abraham, Isaac, & Jacob. Noidum in terra Chanaan regnabant; quomodo ergo de regno transierat ad populum alterum? quia illis promissum. S. Chrysof. hom. 46. in Gen. neque ita fidere debemus his, quae in manibus habemus, & videmus, ut promissionibus DEI; etiam si non eveniant statim primo tempore. Baeza t. 2. lib. 9. cap. 35. 13.

Hereditate acquisivi testimonia tua. Pfalm. 118. 111. id est, verba DEI. Quis amicum verborum haedem scribit? quid enim profuntheredi sola verba? Cur ergo David gloriatur, sed hereditate verborum? sunt verba DEI; quae tanti valent, quanti res ipsae, quas verba notant. Id. ib.

Principium verborum tuorum veritas. Pf. 118. 160. Homines plerumque promissis non stant: quia verba non profertur ac intentione, ut opere impleantur. Secus in DEO; apud quem promissio originem ducit ex veritate, & animo ea implendi. Pinna in 4. Eccl. Ethol. 59.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Pf. 144. 13. Hac vox sanctus, non solum rem sacram & religiosam; sed etiam firmam, & stabilem significat. Didacus Nyss l. 2. post Refur.

Visto Ista. Il. 1. 1. Cur ea, quae Deus in aurem loquitur Prophetis, visio saepe vocantur? quia certa fides, & promissorum veritas DEI; ac oculis jam videres praesentia. Pinna in cap. 4. Eccl. Ethol. 59.

Die verbo & sanabitur puer meus. Matth. 8. 8. Pollicentem videam, & optata consequar. S. Basilus Selenic. orat. 19.

Accipit eum in ulnas suas. Luc. 2. 28. Plus accepit, quam ei fuit promissum, Christum videre. Et jam non solum vidit; sed brachis trinxit, portavit, & contraclavit; imo & osculatus, dulcissimum infantem. Dionysius Carthus. hic.

Promissione DEI multo certiores sunt, quam quae in nostris sunt manibus. S. Chrysof. de Nomine Abram.

Nome homo homini exigua chartula obligatione constringitur? Deus tor, & tantis voluminibus caret; & debitor non tenetur. S. Chrylogolus f. 25.

TITULUS VI.

FIDES.

S. I.

Figure, & Symbola.

Ex Veteri.

Dixit Deus fiat lux. Gen. 1. 3. Tunc autem in homine dicitur, ut lux fiat; cum datur, ut illuminatio sibi credulitatis insulgeat. Prima quippe mentis lux, fides est. Unde jam Fidelibus dicit Apostolus Eph. 5. 8. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Tunc ergo in homine primus dies fit; cum novus ad fidem venit. B. Petrus Dam. lib. 2. ep. 5. Dixit Deus fiat lux: id est, illuminatio credulitatis apparebat. S. Isidorus hic. 2. Cor. 4. 6. Deus, qui dixit, de tenebris lumen splendescere ipse illuxit in cordibus vestris, sicut per fidem. Sit fides nobis quasi dies primus, quo Fidelis ab Infidelibus, quasi lux a tenebris, separatur. A. Redus Abb. Per firmamentum intelligitur visio fidei: fides enim redit sublimem animam intellectivam; quia transeundit omnem rationem, & investigationem; rationis.

R. P. Spanner Pely, Tom. 1.

S. Bonaventura f. 8. de sublimit. fidei: reddit stabilem; quia excludit dubitationem; reddit spectabilem; quia multiformem ostendit claritatem. Id. ib.

Et facta est lux. Gen. 1. 3. Fides est sicut lux primo creata: nam sicut illa primum opus in majori Mundo; hoc est, in corde humano. S. Bonaventura dixit. fal. c. 26. de fide.

Per noctem in columna ignis. Ex. 13. 21. Fides, est viva, fida, & salutaris, columna; deducens per desertum hujus Mundi. S. Laurentius Just. lib. virt. fidei c. 5.

Aurum, & argentum, & c. Ex. 25. 3. Fides auro conferri potest; sermo praedicationis ejus argento. Origenes hom. 9. de Tabernaculo.

In vestitu deservato circumdata varietate. Pf. 44. 10. Vestitus Reginae hujus quis est? Et pretiosus est, & varius est. Sacramenta doctrinae in linguis omnibus variis. Alia lingua Africa, alia Syria, alia Graeca, alia Hebraea; alia illa, & illa. Faciunt ipsae linguae varietatem vestis hujus Reginae. Quomodo autem omnis varietas vestis in unitate concordat; sic & omnes linguae ad unam fidem. In ipsa autem varietate aurum quod est ipsa Sapientia. Varietas in linguis, aurum in sententiis. Sanct. Augustinus hic.

Si ascendero in caelum, tu illicis. Cr. Pf. 138. 8. Qualiter Propheta in corpore constitutus, vel in caelum ascensus erat, vel in infernum descenditur? vel trans ultima maria perrederet? Quas habet pennas? alas fidei mentis erodentis assumit. S. Gaudentius tr. 14. de divers. capitulis.

Collum tuum sicut monilia. Cant. 19. Fides scilicet est, & esse debet, ex bonis operibus, tamquam ex margaritis, ornata. Si non Cass. l. 8. c. 40. v. 20.

Per nosse quosvis. Cr. Cant. 3. 1. id est, per Philosophicas rationes; quae parum, vel nihil, luminis habent, respectu luminis fidei; per quod solum Deus videtur in praesenti. Vel per noctes, id est, per creaturas, quae ex se, & in se, tenebrae sunt, & obscurae; & nihil luminis habent, ut nox. Et non invenit: quia fides ex auditu. Hugo Card. hic.

Collum tuum sicut turris eburnea. Cant. 7. 4. Verè fides collo; collum turri simile dicitur; ut & fides ad similitudinem turris esse dicatur. Adificatur turris ad prospectandum a longè; atque quantum potest, rectitudine in altum erigitur; ut, quae de planitie atque subiectis domibus, non videtur; de altitudine turris videatur. Nam neque de planitie naturali, neque de ratione alicujus artis, videtur, quae de fidei culmine conspiciuntur. Videt ergo fides, quae infinitis, & invisibilibus, spaciis distat a natura. Nec non ad tutamentum turris adificari cognoscitur. Ad tutamentum omnium nostrum Christus fidei adificium fecit. Simon Cass. l. 8. c. 40. v. 20.

EX NOVA.

Vidimus stellam ejus. Matth. 2. 2. Stella hominis fidelis est fides, praepcepta, consilia Evangelica; ductuque sanctae Dei inspirationis. Cornelius hic.

Ascendit Jesus in montem. Matth. 5. 1. Si vis & tu benedictionem a Domino accipere; relinque terrenam conversationem, peccata vitam supernam. Ascende in altitudinem fidei, tamquam montem; ut benedici a Domino merearis. S. Cromatius conc. de octo beatis.

Si terrores, salva ero. Marci 5. 28. Illic CHRISTUM Redemptorem spiritualiter tangunt, qui in illum credunt. Qui autem Christum verè tangit, is illum ad clementiam, & misericordiam, allicit, Victor Antioch. hic. Tangitur Dominus fide. Hugo Card. in Luc. 10.

Aut piscem; nunquid pro pice serpentem laabit? Luc. 11. 11. Sicut piscis bonus bona est fides: quam qui petit a Domino, nequaquam serpentem invidelicis accipit. Ita & piscis nequam, infirma est cogitatio, quae curis hujus mundi se ultra modum solet immergere. V. Beda l. 3. c. 36.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Luc. 11. 34. Optimum rationis lumen est fides; quae inter potentias animae solum in ratione statuit sibi sedem. Simon Cass. l. 7. c. 6.

Respice. Luc. 18. 42. Fides oculus est mentis humanae, quo divina, & quae supra naturam sunt, & sunt, possumus contueri. Simon Cass. l. 5. c. 32.

Ascendit in arborem. Luc. 19. 4. Haec arbor fides est, quia inde erat transcurus. Haec enim via, & iuxta haec fidei arborem, tranfit Jesus. S. Eusebius Emif. in Dedic. Eccl.

In arborem Sycomorum. Ib. Per Sycomorum, quae ficus satua appellatur; intelligitur eminentia fidei; quae stultitia esse videtur. 1. Cor. 25. In hujus fatuitatis credulitatem oportet concedere eum, qui vult ad Sapientiam pervenire. 1. Cor. 3. 18. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat. S. Bonaventura hic.

Per fidem ambulamus. 2. Cor. 5. 7. Pes animae fides est. Tantum vadis, quantum credis. Credis multum; curris velociter; parum credis; remisisse ambulas. S. Laurentius Just. in fasciculo amor. cap. 15.

Stella matutina. Apoc. 2. 28. est fides, & Scientiae domus; quae pra cognoscimus ea, quae in caelo visuri sumus. Joachimus Abbas apud Sylvestrum hic.



Mulier amica Sole. Apoc. 12. 1. Ecclesia est amica Sole, scilicet Christo, ex claritate fidei, quam ipse prædicavit. Luna; id est, scientia Philosophiæ, sui pedibus ejus, & non super caput; quia in factis fidei nullus debet regere per Philosophiam. Et in capite corona stellarum duodecim; id est, duodecim articulis fidei fabricata. S. Vincentius Ferrer. f. 13. de coronis.

Ex Patribus, & aliis.

Omnia opera tua bona, filii tui sunt spirituales; sed inter hos tibi primogenita est fides. S. Augustinus fragmento 2. de Decal. ad pop.

Ignitum saepe telum, turpis voluptatis concupiscentia, à diabolo emittitur; sed fides subjiciens menti judicium, & refrigerans mentem, extinguit telum. In omnibus sumentes scutum fidei, Ephes. 6. 16. S. Cyrillus Jerof. Catech. 5.

Adè potens est fides, ut eos etiam, qui super mare ambulat, leves efficere poterit. Petrus, dicente Jesu veni Matth. 14. 29. credens ambulavit super aquas; omni fundamento firmior super aquas habes fidem; & gravitatem corporis levitate fidei attollebat. Id. ib.

Sicut membra tremula, & senectute languida, baculo tuto deducuntur, labi, & cadere, non permittuntur; sic etiam animam nostram, incertis ratiocinationibus circumactam, ac jactatam, fides quovis baculo tutius sustentans, suave vi reficiens, summo perè firmat; nec finit subverti. S. Chrysof. f. de Verb. Apost. 6.

Fides comparatur speculo mundo: quia sicut turris magna in modico speculo cernitur; sic Majestas, & magnitudo divina, in speculo fidei representatur. S. Bonaventura diet. fal. cap. 16. de fide.

Quilquis perfectè credit, lapis est templi Dei; lapis est solerti apparatu levigatus, & exquatus in substructionem DEI Patris. S. P. Agriochus Abb. hom. 1. de fide.

Dies Clara est fides, quando est sine errore: habet duodecim horas, scilicet duodecim articulos fidei. S. Vincentius Ferrerius f. 6. post Letare.

Fides pupilla est oculi tui. Quomodo pupilla oculi est subtilissima; & nisi impigre, & assollicitè, custodiatur à palpebris; levissimi, ac tenuissimi pulveris tactu confunditur: sic acies fidei, nisi pervigiliter semper habeat custodiam, nihil citius conturbat. Drogo Oit. de Sac. Pass.

Genius circino faciens circulum. Lem. Strani uno capite omnia puncto. Stratis in uno Spiritu unanimis, collaborantes fidei. Philpp. 1. 27. Hefus.

S. II.

Fides pravita, est necessaria ad visionem beatificam.

Ex Veteri.

Non est in loco nostro concupiscentia, ut minores ante tradamus ad nuptias. Gen. 29. 26. Duas filias habet Deus, id est, duas Ecclesias; triumphantem, quæ est pulchra Rachel; sed sterili est, quia ibi merendi locus non est: altera militans; lippa Lia; quia nihil hic rerum divinarum, & spiritualium, videmus, sed tantum credimus. Est tamen fecunda, & plurimus parit filios. Prius Lie nubere debemus, id est, in fide vivere; tunc Rachele fruamur. Diez conc. 3. festo Expectat. part. B. v.

Audi filia, & vide. Pf. 44. 11. Videre desideras, sed audi prius: gradus est auditus ad visum. Proinde audi, & inclina aurem tuam; ut per auditum obedientiam pervenias ad gloriam visionis. S. Bernardus f. 4. in Cant. Audisti meo dabis gaudium, & letitiam. Pf. 50. 10. Si audis per fidem, statim dicitur tibi videre per intellectum. Sylveira in Luc. 2.

Vox dilecti mei. Cant. 2. 8. Prius percipimus vocem Sponsi, quæ fidem per auditum generat; & postea ipsum per contemplationem intuemur. Ob id Sponsus dicitur Pfalm. 44. 11. Audi filia, & vide. Prius audi, & post videbis. Et Job 42. 5. de se: Auditu auris audivi te; nunc autem oculus meus videt te. De Ponte hic Exh. 1. §. 1.

Ex Novo.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5. 8. Sed unde venit hæc cordis munditia, nisi à fide? Unde Paulus Act. 15. 9. & illis, fide purificans corda illorum. Bæza t. 2. l. 10. c. 1. §. 5.

Secundum fidem vestram facis vobis. Matth. 9. 29. Fides viatorum in patria parit DEI visionem. Requiritur in cœcis his fides, ut iis conferatur visus. Est illuminatio fidei ad gloriam visionis beatificæ, quod Lucifer, sive aurora, ad Solem. Credentes exultabitis letitia inenarrabili. 1. Petri. 1. 8. Bæza ib.

Beata que creditis. Luc. 1. 45. quia cognitio per fidem inchoatio quedam est cognitionis beatæ in patria; ipsum quoque credere ex charitate meritorium est beatitudinis consummata. Sicut enim fructus virtutes sunt in semine, sic virtualiter beatitudo nostra continetur in fide. Stella hic.

Videamus hoc verbum, quod factum est. Luc. 2. 15. Vatabl.

videamus hanc rem, quæ accidit. Eusebius Gallic. hom. in aurora: factum tamen quodammodo est, quia Verbum Caro factum est, quod Dominus ostendit nobis. Videamus corporaliter; & quod mente concepimus, & fide tenemus; & refert ut oculis inruamus. Adeo sunt certa, quæ fide creduntur; ut nihil aliud refert, quam ut oculis in beatitudine videantur. Sylveira hic.

Laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant. Luc. 2. 20. Audierant ab Angelis, viderant propriis oculis in prælopio. Nota ex S. Bonaventura ordinem: audierant, & viderant; nisi enim quis per auditum crederet, non videret in visione DEI. Et ideo dicitur 1. 7. 9. nisi crederitis, non intellegitis. Vulgata: permanebitis. Sylveira hic.

Intransiens illis in nubem. Luc. 9. 34. Non frustra Spiritus S. hic in lucida nube, in Jordane apparuit in columba. Matth. 3. 15. quia quinnuo simplici corde fidem, quam percepit, servat; tunc luce appetit visionis, quod creditit, cernit. Columba etiam, quæ de terra est, gratiam vite præsentis; nubes verò de cœlo apparet, gloriam vite cœlestis præfiguratur. Dionysius Carth. hic.

Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Joan. 3. 36. Hic est vita æterna, ut cognoscant se. Jo. 17. 3. videlicet cognoscant per fidem, quousque uniuersique cognoscant; sicut & ipse cognovit per explicatam visionem. Et tanta est adhesio fidei Christianæ; ut ipse gaudeat, ac si possideat. Simon Cass. 1. 3.

Conversus sum, ut viderem vocem. Apoc. 1. 12. S. Ambros. Audivimus extra civitatem, vidimus in civitate; Deus lumen est æternum. Supra v. 10. ait: audivi post me vocem magnam, modò videre vult. Prima significat vocem DEI in hac vita; in qua per fidem audimus vocem DEI. Secunda statum patriæ denotat; in qua anima clarè videt, quæ in via credebantur. Sylveira hic.

Ut absque elementis non licet vivere; ita nec absque fide non licet assequi cognitionem. Clemens Alex. Strom. 1. 2.

Fides prælabitur est quedam illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos faciet. S. Thomas Opusc. 9. c. 2.

S. III.

Fides obscura.

Pleraque Symbolicè.

Vadam, & video visionem hanc magnam. Ex. 3. 3. At Dominus! nò appropiat huc. Lyra q. d. humana fragilitas non presumat arcana Dei inquirere curiosè; quia scriptum est Prov. 25. 27. qui scrutatur est manifestatus, & opprimetur à gloria. Seraphim & volabant peninis, & oculos operiebant: ut nos docerent, Deo non tam accedendum ingenii acumine, quam affectionis amore. Naxera in Jos. 24. §. 34.

Sub umbra illius. Cant. 2. 3. Bona fidei umbra, quæ lucem temperat oculo caliganti, & oculum preparat luci. Fides itaque lucem non extinguit, sed custodit. S. Bernardus f. 31. in Cant. Umbra ejus, caro ejus; umbra ejus fides. Maria proprie obumbravit caro Filii; mihi Domini fides. S. Bernardus f. 48. in Cant.

Rosplenduit facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Discipulis non dicitur, ipsum videte; sed, audite. v. 5. quia facies instar solis micabat. Ne ergo radiorum acie obcecarent, auditum præbere iusti. Naxera in Jos. 24. §. 34.

Rabbi, tu es Filius Dei. Jo. 1. 49. Simplex fides eum in ista excellè provexit. Quem ante putabat hominem purum, nunc DEI Filium constat. Cass. 1. 9. cap. 9. In quo non erat dolus.

Quantò certius demonstratur argumentum, tantum fidei præmio detrahatur. S. Chrysof. hom. 6. in 1. Corinth. 1.

Nihil fide nostra foret injustius, si quidem ea caderet in solos sapientes; ac tum in dicendo, tum demonstrationibus Logicis immodicos. S. Gregorius Naz. orat. 7.

Pistacius, aut alia avis cavex inclusa. Lem: Si videat, minus illa canet. Non videntes creditis; credentes autem exultabitis letitia inenarrabili. 1. Petri. 1. v. 8. Populus Israeliticus olim dicebat; quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena?

Non ego sic, licet à patribus quoque sedibus exul, Cæca catenati carceris aures colam.

Canto tamen melius, quam si non captus viderem Inter odoratum tellæ paternæ novum.

Tange fidem mortalis, habet tua gaudia tecum; Nec peritura unquam gaudia; range fidem. Hefus.

Oculus ex profunda, & tenebrosa caverna cœlum intuens. Lem: Ex obscuro spectabile cœlum est. Ego lux in Mundum veni; ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Joan. 12. 46.

Oculus patenter quisquis excipit Mundum, Videre Cœlum non potest, patet Cœlum.

Habitantibus profunda. Per fidem præstante Videnda, quæ sagacis ingenii nulla Lux posse cobibere. Scire vis causam?

In hominis animo perspicace quantumvis Malè cum caducis sempiterna miscantur. Idem.

Oculus. Lem. Per cœcum videt omnia punctum. Credit in lucem. Jo. 12. 36.

Hic ubi puncto oculis modicè distinguitur uno, Er vacuo modicus panditur orbiculo, Rebus iter patet obscurum. Sol ipse videt.

Si velis, hac etiam cogitur ire via. Quis placidus niveis quo plus micat ignibus aer, Pupula nigra magis, & minor esse solet.

Ufque adeo natura diem, sibi sumit ab umbris; Vifque per cœcum lumina ducit iter. Non est, crede mihi, Sapientis, querere lucem;

Quando per obscurum plura videre potes. Idem. Horologium Solare. Lem. Lux ipsam se nota per umbram. Converterantur à tenebris ad lucem. Act. 26. 18. Deus nimirum, nisi obscura fide, non cognoscitur.

Umbra diem, docet umbra Deum. Quid opera requirit Signa, videre Deum si sine luce potes? Clande oculo natura, Fides subter; utere nocte.

Plus aliquid plura nos dabit illa die. Idem. Oculus humanus vultu velato per tenuem velaminis rimulam

solem intuens: Lem. Hac tunc totusque videtur. Apparet eis, qui fidem habent in illum: perversa enim cogitationes separant à Deo. Sapient. 1. 2. 3.

Videre quisquis illud aureum fidus, Jubar illud orbis, Numen illud astrorum Mortalis optas; ora cœcus obnubo.

Oculi felix fac regatur à velo Pupilla fidem fida speret in punctum: Minime videt summus ambit, & gaudet. Ille Deus puncto totus mihi sistitur uno;

Exiguus immensus sistitur orbiculo. Id. Species per angustum foramen ad tenebrosos cubiculum inducitur ad chartam candidam. Lem. Candida mens media capit omnia nocte. Felix incoquinata habebit fructum in respectu animarum sanctarum. Sap. 3. 13. dabitur enim illis fidei donum electum. Ibid. 14.

Medii in umbris, inque voluit obscuro. Ubi nihil videndum est, mira spectat & puncto Sibi annuente charta concipit virgo

Quod ars Appellat exhibere pingendo Frustra labores. Nolite quisquis in densa Proficere asiris, proficiscere à cœlo.

Aspicere namque potes, quancillo per via puncto. Quot verum species, quam speciosa sunt. Utque sunt nolite medium per inane profunda Dum cadit in gremium candida charta tuam.

Hic pura natus in tabula, natus sapor casto, Quicquid humus veri, quicquid Olympus habet. Si vaga, carulo voluntur nubila cœlo,

Hic quoque pilla levis nubila ventus agit. Sol, quot habet radios, tot habet radiata patryns; Innotuat tot habet charta serena facies.

Si qua fecit volucris plaudentibus aera penitis, Hic simili plaudens remige ferat avis. Venus agit spondet; treme hic quoque frondibus aura,

Et pavida cursum ludis in arboribus. Et sic adhuc que clara sunt spectacula querat; Cuncta domum terra cum ferat umbra fide. Id.

Puerulus femiclaudo oculo per punctum arcus in medio colineas. Lem. Punctum via cœra per unum est. Aspicientes in altitorem fidei, & consummatorum. Hebr. 12. 2.

S. IV.

Fides certa, infallibilis.

Accede huc, ut tangam te fili mi. Gen. 27. 21. Sapiens fuit Isaac, sed tamen erravit in sensibus. Solus habet auditus verum, qui percipit verbum. S. Bernardus f. 26. in Cant. Omnes sensus, præter auditum, defecerunt in Isaac; solus auditus immunitus fuit. Calligaverunt oculi ejus, & videre non poterat; gustus in esu hodi deceptus est; & decipiebatur etiam tactus ejus. Solus auditus à deceptione liber evasit. Unde & ait: vox quidem vox Jacob est; sed manus, manus Esau, S. Bernardus f. 2. ferm. 54.

Miste ancillas suas. Prov. 9. 3. Alie scientie dicuntur ancillæ fidei: quia omnes alie scientie sunt fide intellectum humano; sed fides, & ejus veritas, sunt supra omnem intellectum humanum. S. Vinc. Ferr. f. 3. infra Octav. Epiph.

Quomodo potest hic nobis carnem suam dare? Jo. 6. 53. Jesus non edidit modum, non reddidit rationem; nò infirmaret fidem; quæ rationibus non ficitur: quæ si redduntur, fides ipsa dimittitur, & demitur præmium. Non queratur à Deo immortalis modus operum divinorum, neque ratio factibilium. Simon. Cass. 1. 11. c. 16.

Noli me tangere. Joan. 20. 17. Merito carnem redidit verbi prohibetur tangere mulier carnaliter sapiens: plus quippe tribuens oculo, quam oraculo; id est, carnis sensui, quam verbum Dei. Noli me tangere, hoc est, distulce huic seduci-

bili sensui; inmittere verbo, fidei assuece: fides nescia felli. S. Bernardus f. 28. in Cant.

Tale quid fides est, ut apertior etiam sit, & clariore, quæ ex demonstrationibus est, ratione; magisque, quam illa, prævaleat. Adè siquidem firma est; ut, etiam si quavis alia impedita fuerit ratione; commoveri tamen nequeat. Siquidem, qui rationibus persuasus est, potest induci rationibus, ut fluctuet.

Qui vero fide fuerit solidatus; auditum suum jamdudum, quasi quodam circumducto muro, nè sermonibus perverfis inficiatur, studiosè munivit. S. Chrysof. f. 8. in c. 4. Rom.

Enervat fides rationes humanas, atque supergreditur planum rationis judicium, intelligentie humanæ aspectum: dubietatis tenebras fugat; retrahit hominum mentes ab injustis, & impiis querelis; adversus justitiam Dei, & misericordiam, ab insipientibus sæpe procedunt. Sim. Cass. 1. 1. c. 25.

S. V.

Signa, & motiva credibilitatis.

Quomodo manifestum est, quòd meliorem omnibus sub cœlo fidem nos Christiani credimus? Primum: quòd non invenimus ab initio Sæculi gentem aliam inter omnes gentes, tot, ac tantis, temporibus impugnatam; & tamen non delectam; præter hanc solam Christi fidem Secundum: quòd nullus rex Christianorum aliquibus barbaris Infidelibus traditus est in mortem; etiam tot nationibus, ac gentibus, adversus regnum bella gerentibus. Quin inò non solam regem non opprimere; sed nec imaginem suam de monetis, & numismatis, delere cum cruce voluerunt. Et hoc ipsum, quod in omni genere creditur Evangelium Christi, est testimonium infallibile, quòd non fit alia fides vetior sub cœlo. S. Athanasius Alexandr. Ep. lib. Quæst. q. 40.

Probata Christianorum vita majorem apud multos auctoritatem sibi vindicat, quam signa. Siquidem hæc audit impudentes, & malos homines, malam concordant opinionem: vita autem pura etiam ipsum diaboli: ob majorem in modum obstruere poterit. S. Chrysof. hom. 6. in 1. Cor.

S. VI.

Fidei laudes, & fructus &c.

Ex Veteri, & Novo.

Moyses populum ducit per mare siccis tantum pedibus, Ex. 14. 22. non navibus, sed fide pelagus transit. S. Gregorius Nyss. l. de vita Moyf.

Fiat tibi, sicut vis. Matth. 15. 28. Fides tua quidem majora, quam petis, poterat impetrare; verumtamen fiat, ut vis, hæc vos affinis est, qua dictum est, fiat cœlum. Omnia, quæcumque voluit, fecit. S. Chrysof. hom. 33. in Matth. Non dixit, sanetur filia tua; sed fiat sicut vis. tu eam cura; esto medicus, tibi committo medicamentum, ut imponas ei; voluntas tua curet illam. Idem hom. 17. ex variis in Matth.

Beati qui vident. Luc. 10. 23. Illud scire convenit, quia videre non significat actum oculorum. Multi enim Judæorum viderunt Christum divina operante, corporali scilicet intuitu; nec tamen omnibus beatificatio convenit. Beatifici sunt ergo oculi nostri in hoc, quòd fide vidimus, Verbum pro nobis hominem factum; imprimens nobis decorem sui nominis; ut nos sibi conformes faciat per sanctificationem, atque justitiam. Didacus Nyss. D. 12. Pent.

Bo ad Patrem. Luc. 15. 18. Divinum Patrem, nescit viarum cursu querere: qui fide querens, mox sibi illum invenit esse presentem. S. Chrysof. f. 3.

Ut omnes crederent per illum. Jo. 1. 7. Cur dixit, ut omnes crederent; non verò scirent, vel cognoscerent? quia peccatum intravit in Mundum per immoderatam appetitum, sciendi bonum, & malum, in primis parentibus, Salus ergo debet intrare per mortificationem ipsius appetitus; captivando intellectum in obsequium fidei & præbendo assensum his, quæ non videt. Sylveira hic q. 34.

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet. Jo. 11. 25. Unde est mors in anima? quia non est fides in ea. Unde est mors in corpore? quia ibi non est anima. Ergo anima tuæ anima fides est. Sicut anima corporis, vita est corporis; ita fides animæ, vita est animæ. V. Beda hic.

Ex Patribus, & aliis.

Si non intellexisti, crede: intellectus enim merces est fidei. Ergo noli querere intelligere, ut credas; sed crede, ut intelligas: quoniam nisi credideris, non intellegis, S. Augustin. tr. 29. in Joan.

Cibus verus, & sanctus; & mundus, est recta fides, immaculata conscientia, & munda anima: quisquis sic pascitur, Christo convescitur; talis epulatur conviva Dei est. Istæ sunt epulæ, quæ angelos pascunt; istæ sunt mensæ, quæ Martyres faciunt. Tertullianus ep. de cibis Judaic.

Quod est epca carni, hoc animæ est fides. S. Cypryanus de cœna Domini.



Oculus, omnem illuminans conscientiam, & intelligentiam efficiens est fides. S. Cyrillus Jerof. Catech. 5.

Unicus DEI Filius, non in spatiosis domibus, auratisque laquearibus; sed in fide Credentium requiescit. S. Gregorius Naz. hom. 2. Nat. Dom.

Hæc victoria nostra, quæ vincit Mundum, fides nostra. Hæc est, quæ, velut quoddam æternitatis exemplar, præterita simul & præsentia, ac futura, sine quodam vastissimo comprehendit: ut nihil ei prætereat, nihil pereat, præter nihil. S. Bernardus l. 6.

Nihil est tam arduum, & tam durum, quod non aggrediatur propter Deum, qui vera fide credit in Deum. Sanct. Thomas Villan. sem. in Oclava Paschæ.

Nihil difficile est fidei, quæ tantum habet, quantum credit. S. Zeno Ver. ser. 3. de Abrah.

Tanta vivacitatis est fides, ut mortis teporem, quo mens humana ad salubria moveri non permittitur, omnino amoveat: timoris etiam fortissimi, & amoris, motus incitat vel excitat. Unde similis est radio, & calori solari; cuius vigore reviviscunt plantæ, & herbæ, arbores, & cuncta virentia terræ. Similis est radici: nam vita radice, vita totius arboris est; quæ, si arefcit, & moritur, tota vis arboris perit. Item similis est cordi omnia in corpore vivificant. S. Bernardus ser. 4. A. 1.

Triumphat anima per ardorem fidei contra omnia tentamenta. Unde Apoc. 19. 11. scriptum est: ecce equus albus; & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verax. 1. Jo. 5. 4. hæc est virtus, quæ vincit Mundum, fides nostra. Hebr. 11. 33. Sancti per fidem vicierunt regna. Idem ibi. a. 3.

Unusquisque tantum proficit, & fructificat, quantum credit. Victor Antioch. ad c. 5. Marci.

Tunc cuique nostrum quasi recens Christus occiditur, cum credit ocellum. S. Bonav. in c. 15. Lucæ.

Radix honorum fides; sine qua impossibile placere Deo. Ceteræ virtutes ex ipsa, velut rami a radice, confurgunt. Simon Cass. l. 14. cap.

S. VII.

Fides requirit opera. Figuræ, Symbola, & Similitudines.

Ex Veteri.

Suspendi itaque inanes. Gen. 24. 47. Inter prima, quæ Isaac Rebecca dedit in pignus amoris, fuere monilia, armillæ, & inanes. Inanes quidem fidei, armillæ vero bonorum operum, sunt Symbolum. Primum, & pretiosissimum monile, quo nos Deus veius animarum nostrarum sponfus, donat, fides est; quæ sine bonis operibus mortua est. Belsus Dom. Septuag.

Da mihi liberos, aliquando moriar. Gen. 30. 1. Fides Catholica est Rachel pulchra, & clara sine errore; quæ dicit viro, scilicet vero Fideli, da mihi etc. Quid proderit, fratres mei, si fidem dicat se quis habere? S. Vincentius Ferrer. l. 2. D. 3. Adv.

Ignæ columna. Ex. 14. in terram Israel promissam non induxit; sed armis expugnaverunt. Ita fides duxit de Egypto, & per desertum Mundi dirigit: opus tamen, ad introeundum cælum, illud expugnare. Stella in c. 2. Luc.

Callum tuum sicut monilia. Cant. 1. 9. Fidelis anima scilicet est, & debet esse ex bonis operibus, tamquam ex margaritis ornata. Simon Cass. l. 8. c. 40.

Fulcite me floribus, stipate me malis. Cant. 2. 5. Sanct. Bernardus, V. Bedæ, & alii Patres, per flores fidem; per pomma, bona opera intelligunt: nam sicut post flores nascuntur fructus; sic post fidem, nê sit mortua, sequi debent opera. De Ponte hic.

Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. Cant. 7. 8. Arduum sanè arborem tam proceram ascendere; sed decoris plenum, illa inscensa, nec fructus ejus legere, nec nosse. Plerique ita palmam ascendunt, ut Zachæus Syconorum. Luc. 19. 4. Non ut sequeretur, nec ut audiret; sed solum, ut videret Jesum. Verùm Dominus, qui non amat spectatores, sed sectatores sui, mox ait: Zachæe festinans descende q. d. ascendisti palmam; sed fructus non colligis. Non fat. et. me videre; excipere me debes domi tue, de bes furtâ quadruplum restituere. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi! & fructus ejus dulcis gutturi meo. Cant. 2. 3. Olival. 10. Strom.

Dabo tibi posulam ex vino condito. Cant. 8. 2. Est vinum optimum, quod est fides perfectâ. -- Vinum conditum, fides bonis virtutum operibus condita. S. Bernard. l. de Pals. cap. 45.

Penetur in ea murus, & æntemurale. If. 26. 2. Murus bonorum operum; & æntemurale rectæ fidei: ut duplici septa sit munimento. Non enim sufficit, murum habere fidei; nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur. S. Hieron. hic.

Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Matth. 22. 11. S. Gregorius: non habentem vestem nuptialem explicat fidem non habentem opera charitatis.

Simile est regnum calorum decem Virginitus. Matth. 25. 1. Qui recte credunt, & justè vivunt, assimilantur quinque prudentibus: qui autem profitentur quidem fidem Jesu, non autem præparant se bonis operibus ad salutem; reliquis quinque Virginitus fatuis. S. Gregorius hom. 22. in Evangelia. Virgines sunt quivis Fideles prudentes illi, qui habent fidem cum operibus misericordie: fatue, qui solum fidem habent sine operibus. Ita Origenes, S. Hilarius, apud Cornelium hic. Non in hoc condidas, quod solum lampadem habes; sed custodi illam credentem. Non in hoc solum condidas, quod credis; sed fidem ardentem conserva: ut luceat lux tua coram hominibus per bona opera. S. Cyrillus Jerof. Catech. 15.

Exierunt obviam sponso, & sponfa. Ib. Per hoc, quod Virgines dicuntur accepisse lampades suas, insinuat, quod cuncti fideles, cum ad judicium venerint, secum ferent fidem, & opera sua, quæ nomine lampadam suarum exprimit: opera enim illorum sequuntur illos. Apoc. 14. 13. Et licet multorum mala sint opera, vix tamen invenitur Christianus aliquis ita perverfus, quin habeat aliqua opera ex suo genere bona; licet non sint meritoria: præsertim cum ipse interior actus fidei bonus sit. In die autem judicii obviantur Christo sponso, & Ecclesie triumphanti; cum ipso de cælo venient, quæ est Sponfa Christi; vel Sponfa Christi singulari, quæ est Virgo beatissima. Dion. Cart. hic.

Accipit eum in ulnas suas. Luc. 2. 28. Ad Salvationem nostram non sufficit videre Christum per fidem; sed ipsum recipere oportet in manibus per bona opera. S. Vinc. Ferr. ser. de Purific. B. V.

Date annulum. Luc. 15. 22. Glossa 8. Ambrosii: idest signaculum fidei, quo signantur promissa in cordibus Fidelium: hæc in manu, idest in operatione; ut per opera fides clarifcat, & per fidem opera confirmantur. S. Bonaventura hic. Annulus in manu, fides est cum operibus. Nec decet conversum peccatorem, cui gratis est indultum à pigritia detineri, magis autem operari ardentius, quod secleratius se fecerit. Simon Cass. lib. 6. cap. 16. Date ei annulum etc. idest, docete eum habere fidem in opere: fides enim per se non sufficit. Hugo Carensis hic. Mortis signum habebatur, si annulus id digitis prolapsus esset. Novarius Electa Sacra. Fides sine operibus mortua est.

Credidit homo sermo, quem dixit Jesus, & ibat. Joan. 4. 50. Nota: quod prius dicitur, credidit, & postea, ibat: quia prius est corde credere, post ite opere. Sic ubi de Eunuchojunt. Acta 8. 37. credo Filium Dei esse Jesum Christum, mox subditur vers. 39. Eunuchus autem ibat per viam suam gaudens. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Sicut se habet esca ad corpus, ita recta vita ad fidem. Et sicut carnis nostræ natura sine alimento durare non potest; ita neque fides sine bonis operibus. S. Chrysof. t. 6. serm. de Verb. Apofit.

Sicut corporis hujus vitam ex motu suo dignoscimus; ita & fidei vitam ex operibus. S. Bernardus scct. 2. de Refurr. Dom.

Sicut, qui in fluvium incidit, si nec brachia movet, nec manus, nec crura; statim abripitur, & in profundum cadit: sic qui, sola fide nixus, virtutis opera reliquerit, in barathri gurgitem mergetur: qui autem manus, pedesque, illisque remorum loco, usus fuerit; & fidei conjunxerit opera charitatis; incolamus portum æternæ salutis consequetur. Diez opera bona. Habens fidem, & bonam conscientiam: quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt. 1. Timoth. 1. 19.

Fides tacita. Lem. Sola Fides est vana fides. Vel. Nil juvat aspellus. Vis scire de homo, quoniam fides sine operibus mortua est. Jacobi 2. 20. Hefius.

Testudo. Lem. Muta fides nisi mota. Quid otiosam prædicantem fidem facit? Digito quid illum nil agente demonstrat. Numerisque cunctis: nubiisque, distinetam? Et absolutam venditas? Fides pro se Aliquando causam dicat, & suo tantum Opere ipsa constetur se esse talem. Talem esse, nisi se dicat ipsa, non credam.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

S. VIII.

Super hac materia testimonia.

Ex Veteri, & Novo.

ET crederent viri Ninivite in Deum, & predicaverunt junius. Jonæ 3. 5. Non dixit: & crederent immeniens excidium; sed crederunt in Deum; qui solum iis innotescens, eos impulit in dura, & aspera opera. Bæza t. 2. lib. 6. c. 5. §. 35.

Discedite in ignem æternum. Matth. 25. 41. Nec increpat, quia in eum non crederunt; sed quia bona opera non fecerunt. S. Aug. l. de mendacio c. 15.

Exclamans pater pueri cum lacrymis atbat: credo Domine! adjuva incredulitatem meam. Marci 9. 23. Nonne dictum est: omnia possibilia sunt credenti? an lacrymanti! Percepti prudens homo, fidei potestatem mirabilem esse, sed de conjunctis lacrymis, & operibus. Bæza t. 2. l. 7. §. 7.

Qui crediderit. Marci 16. 16. Multi in hoc verbo damnabiliter erraverunt, solum fidei, & ablationem baptismi, credentes sufficere ad salutem. Et in domibus acedie, atque negligentie, hospitati sunt: dicentes, ex hac sententia pro salute nihil aliud oportet: cum Christus post ista duo, credere, & baptizari, sine interpositione verborum, dixerit, salvus erit. Sed non adverterunt Spiritus Sancti per Jacobum expressam sententiam: fides sine operibus etc. Simon Cass. l. 14.

Exibat demonia-clamantis. Luc. 4. 41. Dæmonia vera dicebant; sed in omnibus reprobi erant. Hinc multorum Christianorum miseranda conditio! qui similes dæmonis facti sunt: Christum confitentis, & vitam odientes; sed utinam non peiores! Nam dæmones credunt, & contemunt; perverfi verò sæpe credunt, & non verentur. Simon Cass. l. 5. cap. 10.

Fides tua te salvam fecit. Luc. 7. 50. Quis delicatam peccatricem in sui lanicam cogit? sanè fides divina, qua in Deum credimus. Bæza t. 2. l. 6. c. 5. §. 29.

Quid faciendo vitam æternam possidebo? Luc. 10. 25. Non dixit, quid credendo. Hinc 2. Petri 1. 10. Saragite, ut per bona opera certam vocacionem, & electionem vestram faciatis. Substantia sine accidentibus perit; ita fides sine operibus. Aqua frigore corrumpitur, calore absuntur. Stella hic.

Cum cognovissent Deum, non sic Deum glorificaverunt. Rom. 1. 21. veritatem Dei in iniquitiam detinuit. v. 18. Non tollunt omnem veritatem: credunt esse Deum, immortalem & c. Sed prædicte, colere Deum vera pietate, non credunt, non id agunt. Sed quia illis facilius videtur credere Deum, quam colere; & idè, dimidiam veritatis partem retinent, reliquam captivant. Drexelius David Rex c. 15.

Implet (Dominus) omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute. 2. Theff. 1. 11. Quis non videat, Apostolum hic præter fidem, opus fidei requirere? Ergo dicit, quod fides non iustificet, non sola (ut Lutherus addidit) quod absit, ut sentiret vas electionis, ait S. Aug. lib. de gratia, & lib. arbit. c. 7. Sed sicut dicimus: hæc arbor me aluit, scilicet cum pomis, & fructibus suis, sic medicus me sanavit, scilicet per pharmaca, dietam, exercitia à se præscripta, quibus sanatus sum. Cornelius in ep. ad Rom. Canon 3. Vide Rom. 12. 13. c. 14. v. ultimo.

Ex Patribus.

Crederet se in Christum quomodo dicit, qui non facit, quod Caritas facere præcepit? aut quomodo perveniet ad præmium fidei, qui fidem non vult servare mandati? S. Cyprian. lib. de unit. Eccl.

Qui esse cupimus Christiani, debemus, quod Christus fecit, imitari. Tunc respondet ad fidem Christiani nominis sectatio veritatis; & credendi præmium datur; si, quod creditur, & geratur. Sanctus Cyprianus l. de discipl. & habitu virg.

Fides semper in præcinctu castrotrum spiritualium obstantem adversarium coram imperit. Advocat deinde iustus salus suum exercitum bonorum operum. Præparat deinde & prudentia cuneum suum; confortat quoque fortitudo brachium suum. Iustitia vallum jactit, & muros subvertit. Temperantia ad deitionem turmas congregandientium cogit. Ordinatur acies virtutum; & præparantur in clypeis, & lanceis, adversus castra vitiorum. De cæstris virtutum eicitur virus, quæ præter ordinem vagatur: perdit enim virtutis nomen, quæ egreditur ordinem. Virtus igitur non est, si ordinata non est. Petrus Cellensis de panib. c. 13.

S. IX.

Fides cum amore.

Figura, & Symbola.

Gemmula carbunculi in ornameto auri. Eccli. 32. 7. Fides similis est carbunculo, cuius fulgor nec nocte vincitur, ornametum aureum charitas, gemma carbunculi fides. Car-

bunculus ponitur in auro, cum fides per charitatem operatur. Geminiiani Similitud. l. 2. c. 12.

Sacris Petri. Matth. 8. 14. Hæc mulier fides est, quæ cum Simone per dilectionem societatem fecit: etenim dilectio filia est fidei; & fides illa salvat, quæ per dilectionem operatur. Simon Cass. l. c. 9.

Lucerna ardentes in manibus. Luc. 12. 35. Adsit nobis lucerna, idest, fides, sed ardens charitate. Hæc enim quid cavendum, & agendum sit, ostendit. Ita S. Augustinus ser. 39. de Verb. Dom. apud Cornelium hic.

Colligite fragmenta. Jo. 6. 14. Cum ex quinque panibus, & duobus piscibus, quinque millia hominum Dominus saturasset, fragmenta panum, non piscium reliquit, superfluerunt. Per panes intelliguntur dogmata, & mysteria fidei, solidus scilicet cibus: per pisces verò, qui quasi condimenta sunt panis, præcepta charitatis. Dogmatibus fidei fundatur quidem; sed superfluit adhuc quæ hic plene percipere nequimus. At iis, quæ de charitate præcipiuntur, nunquam saturari possumus, nedum ut queant sapere. Numquam enim tantum quis amat, quantum illi esse amandum. Non decuit ergo, ut pisces superfluerent; quos omnes concedere jubemus, cum præcipitur, ut ex toto corde, tota mente, tota anima, omnibus viribus, diligamus Deum. At panum eius integer, hoc est, dogmatum curiosior investigatio, etiam prohibetur. Hieron. Clarius l. 1. or. 47.

Si quis sitit, veniat ad me. Jo. 7. 37. Nemo exsцитur; sed cullibet sitienti spirituale bonum monstrat fons, monstratur ire ad fontem. Dicendo, veniat, voluntarium ire significat & hinc. Non sufficit ire ad fontem; sed oportet bibere: non sufficit venire ad Jesum, fide; sed oportet incorporari sibi Jesum haitu amoris. Cajetanus hic.

Aurum ignitum. Apoc. 3. 18. Hoc aurum, nempe fidei, debet esse ignitum per charitatem, probatum per tribulationem. Et hoc aurum emittit pretio desiderii, & bonorum operum exercitio. Richardus à S. Laur. l. 11. de laud. Mariæ.

Fides assimilatur amygdalo: quia omnibus arboribus prior se floribus vestit. Sic fides debet in corde hominis ante omnes virtutes florere. Nam fides est dispositio ad charitatem, & alias virtutes. Unde, sicut flos est dispositio ad fructum, ita actus fidei ad actus charitatis, & aliarum virtutum. Joannes Geminiiani similitud. l. 2. c. 24.

Ala. Lem. Non sufficit vana. Fides sine operibus mortua. Jacobi 2. 20. Picinelli.

Genius ludens testudine. Lem. Amor fidem facit eloquentem. Fides charitatem operatur. Gal. 5. 6.

Fides amore destituta, sit muta. Fides amore provocata, sit grata. Deo, atque caelo; quem terra miratur. Negotiosum læta prædit in casum.

Nec plus amoris, quam laboris assumit. Laboriosam diligis fidem? casti Amoris uno fac regatur impulsu.

Hefius.

Genius intendens arcum sine sagitta. Lem. Sine amore fides nil proficit. Si habueris omnem fidem - charitatem autem non habuere, nihil sum. 1. Cor. 13. 2.

Frustra tenditur arcus, incitato Frustra tensa Fides laborat arcus; Si non alla super tibi sagitta est; Qua calum frías, Deurquo vincas. Arcus est animus, Fides quo nervus, Telen restus amor, Fidem remitte. Vel summum jaculator addo telum.

Idem.

S. X.

Predicte confirmantur.

Ex Novo.

Non potuisti una hora vigilare? Marci 14. 37. Si Deus non dedisset potentiam, negligentiam non increpasset. Multam potestatem accepimus, si credentes in Christo Dei filii facti sumus. Quare igitur cum Christo non vigilat Christianus? quare cum Christo non vigilat Christianus? Hinc interrogatio nulla vera responso dabitur, si suffragium exculationis inquiratur. Certum est, Deum nobis dedisse omnem sufficientiam ad virtutis actus, quo exigit. Sed quod non vigilamus, diminutio est fidei; & defectus amoris nam charitas omnia sustinet. 1. Corinth. 13. 7. qua deficiente, defecere virtutum exacti, & debiti actus. Simon Cass. lib. 13. capit. 13.

Fides tua te salvam fecit. Luc. 7. 50. Non dicit absolute fides, nê videatur salutem tribuere uni fidei; sed fides tua: id est, fides sic operans per dilectionem, si cor immutans debita poenitentia ad imbres usque lacrymarum. Fides tua, talis, ac tanta, o Magdalena, te salvam fecit. Diez Fides.

Omnis.



Omnis, qui credit in eum. Jo. 3. 16. Significanter dicitur in eum: ad differentiam credentium ipsum, sed non ipsum. Qui enim credit, & factis negant; credunt quidem ipsum, sed non in ipsum. Qui autem fide, quæ per dilectionem operatur, credunt; ita credunt, quod credendo tendunt in ipsum. Cajetanus hic. Aliud est credere illi, aliud credere illum, aliud credere in illum. Credere illi, est credere, vera esse, quæ loquitur. Credere illum; credere, quod ipse sit Deus. Credere in illum, est diligere illum. Credere, vera esse, quæ loquitur; multi, & mali, possunt: credunt enim esse vera, & nolunt ea facere; quia ad operandum pigri sunt. Credere autem, ipsum esse Deum, hoc & demones potuerunt. Credere verò in Deum, soli novere, qui diligunt Deum; qui non solo nomine sunt Christiani, sed & factis, & vita. V. Beda in c. 1. ep. S. Jacobi.

Novi opera tua, & fidem, & charitatem. Apoc. 2. 19. Nescit utramque, fidem, ut principium salutis; charitatem, quæ fides vivificatur. Sylv. hic.

Ex Patribus.

Fide titubante, charitas etiam languescit: nam si à fide quinquam ceciderit, à charitate etiam necesse est, cadat: non enim potest diligere, quod esse non credit. S. Aug. l. 1. de doctr. Christ. c. 37.

Charitas robur fidei, fides fortitudo est charitatis. Et tunc verum nomen, ac verus est fructus ambarum, cum insolubilibus utriusque manet connexio. Sanct. Leo ferm. 7. de Quadrag. c. 1.

Quod si quis amore in Deum accendatur; non sustinet postea ad corporales res oculos intendere; sed alios oculos possidens, oculos, inquam, fidei: illa speculator semper, & ad illa habet mentem intentam. Sanct. Chrylost. hom. 28. in Gen.

Sicut corporis hujus vitam ex motu suo dignoscimus; ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem Corporis est anima, per quam movetur, & sentit; vita verò fidei charitas est, quæ per illam operatur: S. Bern. ser. 2. in die Pasche.

Fides fervore charitatis animatur ad vitam. Pigra planè, ubi differem impendet, si non confessionis sibi vendicent libertatem beneficio dilectionis. Gilbertus l. 13. in Cant.

Quemadmodum nutrimentum ignis oleum, & ligna sunt; ita amoris argumentum clara est cognitio veritatis. Impellit affectus veritate, quæ cognitiva virtutis inhabitat sedem. S. Laur. Jukt. de triumph. 29. c. 13.

Præus venit in carnem, miracula edidit, & Divinitatis opera praeconstravit insignia: deinde Paracletum misit; quatenus ascendenti ad dilectionem jure servato, antè erudiretur ad fidem, demum intelligendo, qui deberet merito diligere, amoris uretetur incendio. Idem l. de vita solit. c. 17.

§. XI.

Fides cum spe.

Spes fidei est spes, in qua continetur, quemadmodum fides ab anima. Cum autem spes expiraverit, perinde ac si sanguis effluxerit, vitalis fidei facultas dissolvitur. Clemens Alexand. l. 1. paed. c. 6.

Fides spei substantia est. S. Zeno Veron. ferm. de fide, spe, & char.

Corpus, quibus se promovet, habet tria, scilicet caput, manus, & pedes. Caput notat divinam charitatem: Sicut enim in capite sunt omnes quinque sensus; sic in divina charitate dulciter sapit animæ, quiddam dicitur, & auditur, & videtur de Deo. Manus animæ sunt fides: sicut enim in manu plures sunt digiti; sic sunt in fide multi articuli, quamvis sit una fides. Pedes animæ spes; per hæc enim anima procedit ad Deum. Rev. S. Brigittæ l. 4. c. 115. V. C.

Gemini ante fores ocellus canens fidibus. Lem. Ex fide vivit: Rom. 1. 17. Credere oportet ascendenti ad Deum; quia est; & inquirentibus se remunerator sit. Heb. 11. 6.

§. XII.

Fides gaudet, & crescit adversis.

Minimum est omnibus seminibus. Matth. 13. 31. Sicut granum sinapis prima fronte speciei sui est parvum, vile, despectum; non sapore præstans, non odorem circumferens, non indicans suavitatem: at ubi teri coeperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammæ saporis exhalat, & tanto terrore calore succenditur; ut mirum sit, in tam frivolis gravis tantum ignem fuisse conclusum. -- Ita & fides Christiana prima fronte videtur esse parva, vilis, ac tenuis; non potentiam suam ostendens; non superbiam præstans, non gratiam subministrans: at ubi diversis temptationibus terri coeperit, statim vigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem Dominicæ credulitatis aspirat; & tanto Divini ignis ardore succenditur, ut & ipsa ferreat, & participan-

tem sibi ardere compellat. Sanct. Ambrosius ferm. de grano sinapis.

Fides grano sinapis comparatur; quod quanto magis atterritur, tanto magis ejus fortitudo sentitur. S. Thomas in ep. 1. Cor. Lect. 1.

Namquid pro piscis? Luc. 11. 11. Piscis bonus, pia est fides. Vivit inter fluctus; nec frangitur, nec solvitur fluctibus. S. Aug. f. 29. de Verb. Dom.

Quia traditam nobis Divinitatis disciplinam pax longa corruperat; & facientem fidem, & penè dixerim dormientem, censura cœlestis exeret. S. Cypr. l. de lapsis.

Cito fides in exercitata languescit, & crebris otiosa tentatur incommotis. S. Ambr. in Pl. 118.

Fides alterius attractæ generosus sonant. Lem. Vis ipsatorum fidem facit animosam. Exultabit modicum nunc, si oportet contritari in variis temptationibus; ut probatio vestra fidem veniat in revelatione Jesu Christi. 1. Petri 1. 6. 7.

Fides vel ipsi exitata tormentis, Magis alta, magis est clara, quod magis tenet, Quod tora magis est. Muta languet, & nulli Audita serpit, si quis ferre tergumentum Fides recusat.

Hefius.

Vide tit. Ecclesia. Persecutiones.

§. XIII.

Fidei tepida, & defectuosa, damna.

Iste vero dormiebat. Matth. 8. 24. Periculatur navigium in stagno, & dormiebat Jesus. Navigium in hac vita, quasi per quoddam stagnum; & ventus est, & procellæ, non desunt temptationum. Unde hoc fit? nisi quia dormit in te Jesus. Si non in te dormiret, tranquillitatem haberet intrinsecus. Quid est autem, quod in te dicitur dormire Jesus? nisi quia fides tua, quæ est de Jesu, sopita in corde tuo. Sanct. Augustin. ferm. 221. de temp. Navis tua, cor tuum; Jesus in navi; fides in corde. Si meministi fidei tue, non fluctuat cor tuum: Si oblitus es fidem tuam, dormit Christus; observa naufragium: Idem Conc. 1. de prima par. Psalm. 34.

Utinam frigidus esses, aut calidus? Ec. Apoc. 3. 15. Utinam, aut calorem, aut fidem haberes bonorum Christianorum; aut certe frigus, & ignorantiam paganorum. Aut enim fides calidat Deo infundaret; aut certe ad præsentem adhuc legis ignorantiam aliquatenus excularet. Nunc autem, quia Christum jam agnovisti; & negligis, quem agnovisti, qui susceptus quæst intra os Dei per fidei agnitionem, projectis per teporem. Salvianus de Provid. Dei lib. 4.

Fidei nostre pravaricatoris fumus; simulata, ficta, fucata, videntur esse, quæ dicimus. Nihil prodest, verbis præferre virtutem, factis destrucere veritatem. S. Cyprianus lib. de mortalit.

Sicut in corpore quinque Corporis sensus sunt; ita in anima sunt quinque sensus spirituales. Visus est fides; auditus obedientia; gustus amor; olfactus spes; tactus patientia. Anima in peccato jacens hos omnes sensus ligatos habet; ita enim credit, ac non credit; ita sperat, ac non sperat; abque obedientia, patientia, & amore. S. Bernardus ser. de quinque sensib. Apud Diez Conc. 1. in Comm. Virg. Non sunt omnia verba S. Bernardi.

Christianus malus; dum secundum Evangelii doctrinam non vivit, etiam ipsam fidem, quam verbo colit, oborta tentatione facile perdit. S. Hieron. l. 2. c. 1.

TITULUS VII.

FIDUCIA IN DEUM.

§. I.

Sui secunda dormit.

TERRAM, in qua dormis, tibi habeo. Gen. 28. 13. Quis? utrum occupet, non exulet? & tamen regi Jacob, & rerum potitur quietendo. Quod si eam possidet terram, in qua obdormit; quam nos felicium dominum nostræ carnis, quæ terra est, inibimus; si non illi exubemus anxii, sed generose indormiamus, ad quem somnum nos Christus, & avium garrula, & mollitudine lillorum, provocavit. Quis autem in lilio non cubet? aut inter luscias non sopiatur? Psalm. 54. 23. Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te curabit. Fallitur, si tunc cœlo spes nostras committimus, cum ros ex eo defluit. Tunc te pendere in Deo volo; cum te ab eo desertum, spretumque, putaris. Ibi Jacob indormiit, ubi non gramen, non thorus erat: Saxum solum præstito erat cervical, & dormiit. Oliva lib. 1. Strom. hic. Tangitur hic fructus vite contemplativæ. Terra enim hæc, patria cœlestis est, in qua erit perfecta quietus. Unde in hac terra debet caput nostrum, idest, mens, tamquam in pulvinari, quiescere; ut quieta sit à terrenorum cura. Hanc dabit nobis Deus.

Deus, si in ea per contemplationem, & desiderium, coverfamur. Joannes Geminiani lib. similitud. c. 8.

Dilataveris ad occidentem, & orientem? Ec. Gen. 28. 14. Hoc audit Jacob, non cum fratre plangunt, aut parentem fallit; sed, cum in soporem refolutus, Deum videt innixum scalam. Id. ibid. Sensus est, quasi ideo donet, quia dormit, quia nullam temporariam curam gerit. S. Chrylost. hom. 54. in Gen.

Putabam, nos ligare manipulos? Ec. Gen. 37. 7. Obvenere tum manipuli inclinati, & obsequentes stellæ, Josepho adolescenti, sed dormienti. Oliva l. 1. Strom. ibid.

Vidi somnum; & videbatur mihi quasi subincertis panis ex hordeo volvi? Ec. Judic. 7. 13. Quod se, suaque, magis Deo, cœloque, comiserit Dux, eò majorem de hoste referet victoriam, Oliva l. 1. Strom. ibid.

Fallum est igitur in mente illa. 4. Reg. 19. 35. Cæsa Assyriorum in tenebris caltra, quo tempore Israelite quiescebat. Tum potissimum pro grege pugnauerunt Coelites, cum Ezechias non tam in suo fratre, quam in Deo suo, recumbebat. Quod si arces somno, melius, quam pugna, servantur; quid de Ecclesia fiet? quam seu in Eva, seu in navi, adumbratam putemus; fatemur necesse est, & in fluctibus à dormiente Salvatore vindicatum, & à paradiso à dormiente Adam enatum. Id. ib.

In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Psalm. 4. 9. An ideo auctæ res Davidis dormientis? imò multum amplificatæ. Revertit, non languit, in sopore spes? nam subjicit: quoniam tu Domine singulariter in spe confisus sum. Quis non Deo votum dicat militandi, cujus stipendia mereri licet quiescendo? Bene de Deo meritus es, si diu dormisti. Id. ib.

Non contribulabit iustum, & Pro. 12. 21. Quia scit, se, suaque, esse Deo curæ. Quare in paternæ ejus cura suaviter requiescit. Cornel. hic.

Ego dormio, & cor meum vigilat, vos dilecti mei pulsanis. Cant. 5. 2. Ubi fortissimi Israel Salomoni addant? in arce; an in tentorio? aut throno suo? Audio Cant. 3. 7. in lectulum Salomonis? gladii pullularunt è plumis, Docemus; tuijores nos nunquam fore, quam in quiete dormientis in Deo animi. Munitor thorus est Salomonis, quam turris David: in hac arma defensiva, clypei & ibi offensiva, & defensiva. Oliva lib. 1. Strom. ante citatus.

Iste vero dormiebat. Matth. 8. 24. Exprimitur securitas potestatis; quod omnibus rimentibus solus intrepidus quiescebat. S. Ambrosius in c. 8. Lucæ.

Genius quasi fessus, & sopore lassus, incubat anchoræ. Lem. Juvat fessus. Habebis fiduciam profusa tibi spe, & defessus securus dormis. Job 11. 18.

§. II.

Fiducia in Deum vincit omnia ardua.

INTE CRIPAT à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Psalm. 17. 30. Ignavos, & pusillanimes, lapis magnus, & nonnāquam parvus à Dei itinere revocat. Barradius Dom. Paschalis.

Iustus, quasi leo, confidens absque terrore erit. Prov. 28. 1. Aptè iustus comparatur leoni: quia leo, ut dicitur Prov. 30. 30. fortissimus bestiarum, ad nullas pavore occurrunt. Plinius lib. 8. cap. 36. invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. Sic iustus omnem robur habet in capite, idest, mente, voluntate generosa, & amore Dei armata. Vidimus leonem, in quem immixti canes venatici, & molossi cum unus eum fronte apprehenderet, alii auriibus, alii cauda, alii dorso, alii pectore, immotum persistere: at cum jam planè canibus circumdatus esset, singulos pedibus complecti; ac omnes ex ordine, à primo ad ultimum, singillatim discerpere; ea facilitate, & quiete, quæ chartam laceramus. Cornelius hic.

Dicetis monti huic? Ec. Matth. 17. 16. Mystice mons, est gravis tentatio, ut docet S. Hieronymus; quæ maxime vincitur fide, & spes; puta orando; sibi diffidendo, & dicendo Deo. Unde S. Franciscus molesta tentatione Spiritus pulsatus, intendens orationi cum lacrymis, audivit e cœlo vocem: Francisce! si habueris fidem ut granum sinapis, & dixeris monti, ut transeat, transibit. Querit ille: Domine, qualis hic mons? cui responsum: mons est tentatio. Franciscus cum lacrymis fiat mihi Domine, sicut dixisti; & statim, sublata omni tentatione, quæviit, Vvading, in Ann. Minor. 1218. n. 2. Cornel. hic.

Omnia possunt in eo, qui me confortat. Philipp. 4. 13. Quanta fiducia vox! omnia possibilia sunt inimiti super eum, qui omnia potest. Nihil omnipotentiam fuit clarior reddidit; quàm quod omnipotentes facit omnes, qui sperant in eo. S. Bernardus ser. 25. Apud Sylv. Addit in Evang. Matth. 9. 9. 7.

Vide tit. Difficultates. Magnanimitas. Spes.

§. III.

Fiducia in Deum non est vacua.

OMNIS locus, quem calcaverit pes vester, erit. Deut. 11. 24. Magna fides magna meretur; & quatenus in bonis Domini fiduciam pedem porrexeris, catenus possidebis. S. Bernardus ser. 32. in Cant.

Qua non quisvis multibrem cultum Esth. 2. 15. Actum est de Esther; nam Puellæ reliquæ, quibuscum de occupando regis cordæ certatum est, pigmenta, & ornamenta, petiere; se principi gratiosas fore ornata confite: quiddam postullarent ad ornatum pertinens accipiebant. Et tamen pigmentatæ rejectæ sunt; delecta verò præ cæteris Esther, ipsa gratior negligencia. Ergo, si placere Regi vis, noli esse sollicitus de fucis tuis. Si Esther fortunam suam arbitrio Eunuchi excolendam tradidit; tu pastor tuo tincturam velleris tui non committes? Oliva l. 5. Strom. hic.

Sola spes apud te miseracionis obtinet locum; nec oleum misericordie, nisi in vase fiducie ponis. S. Bern. ser. 3. in Annunt. B. V.

§. IV.

Fiducia in Deum roboratur potentia Dei.

NUMQUID Deo quidquam est difficile? Gen. 18. 14. Numquid minus Dominus invalida est? Num. 11. 23. Scio, quia omnia potes, Job 42. 2. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? Psalm. 88. 9. Numquid abbreviata, & parvula facta est manus mea? Isa. 50. 2. Unde illos quis poterit saturare panibus? Marci 8. 4. Quid ad illa verba Christi, unde ememus panes? Joan. 6. 5. respondere debuerunt Apostoli: Hoc sane, Domine, jam senel majorem turbam quinque panibus, & duobus picibus, satias; nihil tibi difficile: qui majorem pavit, pascere potest & minorem. At illi nullum de præterita saturatione verbum faciunt; sed rei difficultatem opponunt: unde illas. Ec. In sum impotentiam, ac penuriam, conjiciebant oculos; non autem in Magistri potentiam. Idem difficultissimum, imò impossibile, illis videbatur; tanta turbe panes suppetere, si Christi potentiam confiderassent. facilitum id esse existimassent. A veltra penuria oculos avertite; in opulentia, potentiaque Magistri fuge. Psalm. 144. 15. Oculi omnium in te sperant. Domine. Barradius l. 2. lib. 10. cap. 17. hic Dom. 6. Penrecollent.

Si ergo vos - nostre bona data dero filii vestris. Luc. 12. 13. quanto magis Pater vester. Quare non vis accedere? amat te plus omnibus potest. Et vult, & potest, Quid prohibet nihil, S. Chrylost. in Act. hom. 36.

Confidite in potentia Domini Jesu Christi; cujus clementia immensurabilis est, cujus potestas ineffabilis, cujus gratia fempet, & in æternum desiderabilis: quia nunquam derelinquet vos; sed in omnibus ubique vobis aderit. S. Martialis Ep. Lemo-vic. epist. ad Tolofanos c. 25.

§. V.

Fiducia in Deum exempla.

Qua prevaluerunt nimis. Gen. 7. 19. Nota hic constantiam spei in Noe, & patientiam. Relinqueret coactus domum, amicos, & omnia, imò eorum interitum videre: quasi in carcere, fœtore animalium clausus: videbat tantam iram Dei: nesciebat, quæ diu diluvium duraturum: cruciabat eum interitus tot hominum, & animalium: laborabat, ut suos in sperboraret, & consolaretur. Vide Hebr. 11. 7. Eccl. 44. 17. Cornel. hic.

Ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Gen. 32. 24. Quam obrem luctatur Angelus cum Jacob; illum fiducia roborat, qui fratrem metuerat. Quapropter etiam illi victoriam concessit, dicens: nonne me solum viciisti, & hominem tenuisti? B. Theodoretus q. 91. Si quæras, quare Deus sic luctabatur, quod luctantem superare nollet? ad hoc est ratio: ad monstrandum scilicet efficaciam fortis, & fiducialis orationis. S. Thomas cap. 32. in Genes.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timeo? Ec. Psalm. 26. 1. Quanta fiducia in eo, qui novit dicere: Dominus illuminatio mea. Protegitur Imperator securis, & non times; protegitur mortalis à mortali; & securus est: protegitur mortalis ab immortalis; & timebit; & trepidabit? S. Augustin. hic.

Audisti autem Jesus miratus est. Matth. 8. 10. Quis actus ille magnus fuit virtutis, ex quo tantum applausum sibi conciliavit Centurio? Ecce hoc unicum: tantum confidit Christi potentie; ut crederet, etiam distantem servo sanitarum reddidit, si vel verbum in salutem ejus exaudivit. Tantaum dicit verbo. Segneri ser. 2. die Jovis post Cinc.

Surgam; & ibo ad patrem meum. Luc. 15. 18. Qua spes? qua fiducia? qua confidentia? illa, quæ pater est. Ego perdididi, quod erat filii; ille, quod patris est, non amisi. Apud patrem non interegit extraneus: intus est in patris pectore ipse, qui intervenit, & exorat, affectus, S. Chrylogolus f. 2.

Præbet apud Dominum nobis hominibus peccatoribus fiduciam Deus - homo. Est nobis spes magna poenitentibus: quia advocatus noster factus est noster Judex; qui non vult mortem peccatoris. Sanct. Eligius hom. 8. in Coena Domini.